Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

quo supra taxauimus. et signum
a sacrista pulsetur. et matuti
narum laudes inchoentur.
Post matutinorum laudes fratres
lege supra ~~scripta~~ in claustro
se deant. Secretarius uero sig
no solito altaris ministros ad pre
parandos se accersiat. et tempe
rato sic interuallo hoc post matu
tinorum laudes ut incipiente
die aurora. incipiatur mis
sa lux fulgebit. Atquam non
cantentur misse priuate donec
nec offerenda compleatur. excep
tis missis pro communicandis con
uersis. Porro ista missa matuti
ne. sicut dominicis diebus agatur.
et fratres infirmi et diuer
sis officiis deputati. ad communi
onem eant. Qua missa cele
brata. mox fratribus egredientibus
de choro. signum pulse
tur a sacrista. et ut mos
est festiuis diebus interual
lum custodiatur inter matu
tinorum laudes. et primam
ita teneatur inter missam
hanc lux fulgebit et primam.
Interimque pulsato signo ad
primam conueniant fratres in cho
rum. et faciant solitam oratio
nem. Post primam autem intrent
capitulum. De octauis domini.
In tribus autem
sequentibus diebus missa ma
tutinalis erit puer natus
est nobis. In prima die
istorum trium dierum. scilicet
in die sancti stephani. ad
hanc predictam missam. prima
collecta erit. concede quesumus. et secunda
uero. da nobis quesumus domine. de
inde epistola. apparuit gratia. euan
gelium. exiit edictum. In se
cunda autem die. uidelicet in
die sancti iohannis euange
liste. prima collecta erit. concede
quesumus. et secunda uero. ecclesiam tuam.
tercia. da nobis quesumus domine. deinde
epistola. apparuit benignitas. et e
uangelium. pastores loquebantur.
In die sanctorum innocentium. prima col
lecta erit. concede quesumus. et secunda.
deus cuius hodierna. deinde
da nobis quesumus. in quarto loco ec
clesiam tuam. et epistola. Apparuit
gratia. euangelium. exiit edic
tum. Notandum tamen. quod si in die
sancti stephani dies dominica e
uenerit. uel presens defunctus
ad missam matutinalem sup
uenerit. et in die sancti iohannis